



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui  
Guinnoci ludimagistri**

**Spauter, Johannes de  
Argentorati, Anno, M. D. XV.**

De nominis eius qui scribit situ. Scribentis nomen in salutatione ueterum  
more esse præponendum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70853)

si quādo erit absurdior q̄ que in latinam fictā possit retorqueri, pro  
barbara relicta erit reponenda ne romani sermonis puritatē ulla pe  
regrinitas polluat. hęc Erasmus.

De nominis eius qui scribit situ.

Scribentis nomen in salutatione uete  
rum more esse præponendum.

Mancinellus, Perottus, Erasmus & plures præcipiunt nomē scriben  
tis esse præponendū, etiā si ad maximū scribat minimus, id uerū esse  
pater, liquide ex epistolis omniū ueterū Cicerōis, Plinij, cæterorūq̄,  
ut Cicero Terentię uxori. S. D. Terentia Ciceroni. S. Plau. in Bach.  
Mnesilochus salutē dicit suo patri. si honor sit p̄poni, nonne dixisset  
patri suo salutē dicit Mnesilochus. Quem decet (oro) magis q̄ patrē  
honore prosequi. Gnatonica profecto (inquit Erasmo) est illa nomi  
num inuersio. Parmenonem suū summum plurima salute impertit  
Gnato. Multa de his Erasmus præcipit. Inuenio ipse Martialē. li. viij.  
Domitiano (cui Martialis non secus q̄ Thrasoni gnato assentebat)  
sic scribentē. Impatori Domitiano Cesari Augusto Germanico Da  
tio Valerius Martialis salutē. Omnes quidē libelli mei domine qui  
bus tu famam, id est uitam dedisti tibi supplicat &c. in qua epistola  
Martialis de se pluraliter loquitur, ad cæsareū v̄o semp singulariter.  
Nostri autē pharisei, q̄ contra domini præceptū uolunt uocari Rab  
bi, & primū quærunt locū, quorū deus uenter est, & finis eorū inte  
ritus, eo superbię se uenerunt, ut nisi proprio omisso nomine magis  
siri dominicū & reuerēdissimi quidem nominentur, putant nihil fieri  
atq̄ ideo contemni. hi sunt præcipue qui deberent nobis esse humili  
tatis siue modestię exempla, efferuntur beluę ab ineptis nebulonibus  
ultra deū, cui dicimus, dimitte, da inducias, omnia singulariter scilicet  
cet, sed si honor est, cur non respōdet clerus (inquit Erasmus) episco  
po, & cū spiritu uestro, rogo te, dicimus deo. Te rogamus audi nos,  
at uermibus superbissimis dicere debemus, rogo maiestatem uestrā  
paternitatem, dignitatē &c. Non sunt procul dubio christi discipuli  
dicētis. Discite a me, quia mitis & humilis sum corde, & hæc in ne  
bulones. Faceat igit scēdissimus scribendū abusus. Egregio uiro in  
genuarum artū magistro. Magistro Ioāni &c. Eximio uiro dño de  
cano Domino Ioanni &c. ubi magister dominus & similia turpissi  
me repetuntur, & barbarie nomē dominus præponitur honoris caus  
sa, ut docet Perottus. Nomē ergo dignitatis aut magistratus postpo  
nemus proprio nomini. Cum eodem asserit hanc rem Erasmus in  
opere suo de epistolis cōponēdis, ueluti Sophronus, Eusebius Hie

ronymus Damaso pape. S. D. Aristoteles Alexandro regi. S. D. Alexander magnus Aristoteli, philosopho. S. D. Erasmus Iacobo tutori, iuris pontificij consulto. S. D. Breuiter (inquit Erasmus) nihil erit salutationi admiscendum, quod ulla ex parte sapiat assentationem, nam magistratum & professionum cognomina adeo possunt citra adulationis notam alijs tribui, ut sibi etiam quisque citra arrogantie culpam, possit assumere hunc in modum. Ioannes Neuius theologus Paulo Montano philosopho salutem. Indicium hic habet sermo. Erras enim (ut idem docet) si te laudari putas, quum episcopus scriberis aut theologus, professionis ista sunt nomina non glorie. Is demum te laudaret qui bonum episcopum, aut eruditum theologum scriberet. Id quod in salutatione non indecete fieri nequit. hæc & multo plura Erasmus. In Gellio habetur epistolæ, ubi scribentis nomen præponitur. ut lib. xiiij. ca. iij. Rex, Alexander Iouis Ammonis filius olympiadi matri. S. D. & lib. xx. ca. iij. Alexander Aristoteli. S. Atque Aristoteles Alexandro regi. S. Item Anacharsis philosophus scytha, sic scripsit. Anacharsis Ammoni. S. Sententia mea eadem est, quæ Erasmi. Baptista Mantuanus. Ioannes Sulpitius, pluresque concedunt interim uulgo, qua de re hoc concludit Badius. Quocirca non damnem eorum modestiam qui principum uirorum nomina præponunt. Concludit Erasmus, Quod si quid a ueterum consuetudine licebit aliquid innouare, tolerabitur nouitas, modo uitium absit, id est ne uel prolixitate molesta, uel assentatione parasitica, uel affectione morosa sit saluatio, ne pessimum sit totius epistolæ omen si statim a uitio fecerit auspiciam, hæc ille.

Puræ & antiquæ salutationis formæ ab Erasmo collectæ.

- Leo pontifex romanus Henrico regi Angliæ. S. P. D.
- Philippus Burgundiorum dux pio Aeneæ summo pontifici. S. P. D.
- M. Antonius Syriæ scerborum questori suo. S. D.
- Aeschynes orator ciuibus Atheniensibus. S. D.
- Guilelmus Hollandiæ præses comes, Cornelio suo. S. D.
- Demetrius eques romanus Tyto Liuio iudici selecto. S. D.
- Hericus malius brabantie thesaurarius, Laurætio duci aulico. S. D.
- Politianus Pico comiti Mirandulo. S. D.
- Marsilius platonius philosophus Fausto poetæ. S. D.
- Apelles pictor Lysippo statuario. S. D.
- Cicero Tullius, Marco Tullio Ciceroni patri. S. D.
- Cicero Dolobellæ genero. S. D.